

2016. accipi 17 <sup>64</sup> 50

N. clarissimo Viro  
Christ. Nic. de Winsheim  
S. P. D.  
Cromwell Mortimer.  
R. S. Secret.

1 32.

† 1752

scripsit = Tabes

accepi epistolam tuam cum premio ab Acad. Scient.  
Imp. petropolit. pro anno 1751. proposito. Dedi unum ear  
emplar Societati nostrae; cetera inter doctos viros distri  
bui, & translationem anglicam imprimi procuravi.  
gratular academiā vestram, quod tantam experta sit  
augustissima Imperatricis magnificentiam. nostra Socie  
tas nulla habet à Rege stipendia, sed omnia facimus  
privatorum Sodalium sumptibus.

quam maxime laudandus est comes Kasumowsky, qui  
tam generosum premium decrevit annum; maximum  
certi erit Eruditis incitamentum. nostra Societas  
non proponit problema aliquod antea, sed revisis omni  
bus chartulis, quae praeterito anno cum Societate comuni  
cata fuerint, auctori chartula, quae reputatur res  
utilissimas omnium continere, decernit numisma  
aureum insignibus Soc. decoratum, valoris quinque Guine  
orum.

Illustrissimum Praesidem meo nomine salutare rogo, &  
Illius indicare me paratum esse semper Intra epis. facere  
Vale Vir celeberrime, & mihi favere perge

Dabam Lond. Dec. 10.

1750.